SAMMLUNG VON BRIEFEN UND TEXTEN GEGEN DIE HUSSITEN
Österreich (Wien), 2. Hälfte 15. Jh. (nach 1454, vor 1478; Ergänzungen: 16. Jh.) Seite 71r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6330
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Nec sunt repellendi ymo magis aduocandi Alius enim
in adolescencia alius in iuuentute alius in senectute alius
in decrepita etate perducit et sic cum in nulla etate sunt
repellendi minus tamen sunt repellendi in puericia dicit enim
Crisostomus super Mt Quis meretur xpo appropinquare si repellet
ab eo simplex infancia Nam si sancti futuri sunt quid
vetatis filios ad patrem venire Si autem peccatores futuri sunt
ut quid sinam condempnacionis profectis antequam culpam uide
atis ymo dicere quod non liceat recipere vel obligare adolescentes
ad religionem est dyabolicum Vnde super illud exo. v qu
are Moyses et aaron sollicitatis populum dicit glo Origenis
hodie quoque si moises et aaron i. propheticus et sacerdotalis
sermo animam sollicitet ad seruicium dei exire de seculo re
nunciare omnibus que possidet attendere lege et verbo domini
contra audies vnanimes et amicos pharaonis dicentes
Videte quomodo seducuntur homines et peruertuntur adolescentes
ne laborent ne militent ne aliquid agant quod eis
prosit relictis necessariis Est etiam contra preceptum diuinum
Dicitur enim Mt 19 Sinite paruulos venire ad me et no
lite prohibere vbi dicit Origenis discipuli ihesu priusquam distat
racionem iusticie reprehenduntur eos qui pueros offerunt
xpo dominus autem hortatur discipulos condescendere vtilibus
puerorum hoc ergo attendere debemus ne per estimacionem